

1567. is 18. Maji

Ex operibus impr. Hosii

113

Joanni Demetrio Solikowski regio Secretano Itani.
Saus Hosius.

Expostulat quod Heilspergam ad festa Pentecostes celebran-
da non venerit et monet ne erubescat vocari papista, cum hoc
sit cumprimis gloriosum.

36

Ostenderat mihi dominatio vestra spem, si festa Pentecostes
nobiscum celebraturum potius quam intena aliena, in qua
non bene cantatur canticum Domini. Ceterum quid in causa
fuerit nescio, quod mutaverit sententiam: suspicaretur alius
qui dominatio vestra non ita bene nosset, ut ego, quod in
duas partes claudicat. Sed absit ut mihi unquam hoc de il-
la cogitare in mentem veniat: sed solet Aula sic Deum co-
tere, ne diabolum offendat, apud quam Adiaiphoron est, intra
extra catholicam ecclesiam Deus colatur, sicut etiam nunc
apud multos Lutheranos credere vel non credere, sit verum
nee ne, quod Christus dixit: Hoc est corpus meum adiaiph-
ron est. Nam qui nunc sedem illam obtinet Philippus me-
lanthon, in qua fuit aliquando Saxonicus papatus a Sathana
fundatus quem nunc eversam esse gloriantur sacramen-
tarii, negat condemnandos et eiciendos ex ecclesia iud so-
cietate sacramentarios, etiam si mendacii Christum qui ve-
ritas est arguant. Et videntur hoc jure facere. Prior enim
illum arguit falsitatis primus ille si Deus placet, papa Sa-
xonicus Lutherus, cum non dicit sicut Christus loquitur
hoc est corpus meum, sed hic panis est corpus meum, un-
de sumplerunt argumentum sacramentarii, si panis, ergo
non corpus, Ita que prima sunt fidei Christianae dogmata
si neget unus, aut alius, nunc Adiaiphoron censetur, ac licet
fortasse reperire non neminem qui censat et hoc adiaiphoron cre-
dere. natura ne sit Christus, an adoptione Deus et Dei filius.
Sic multo maximam partem mortalium inter Adiaiphonistas
numerari videmus. Sed vellem tamen quorum errores non
probat, ut eorum communionem, sacris praesertim in rebus

dejugere

A. 34.

Jasioniski

defugere, et aperte se Christianum, hoc est, papistam esse profe-
teretur neque enim hoc ignominiosum putari debet si quis le-
gitime potestati, quae a Deo est se subiectum agnoscat. Ego vero
cum primis gloriosum esse puto, si quis me *Papistam* vocet
et *registam*. Videtur enim laudare me quod eam fidem quam
Deo potestati sublimiori praesto. Sed neque *Ducistam* aut *Consu-
listam* appellari quinquam pudere debet, qui vel *Duci*, vel
civili magistratus subditus est. Nullum autem turpe ma-
gis et ignominiosum nomen, homini Christiano tribui potest
quam si vocetur, et sit vel *Lutherista* vel *Calvinista* vel *Blan-
dratista* vel *gentilista*. Quamobrem titulo *Papiste* gloriari do-
minationem vestram capio, et eorum qui Saxonico vel Germanico
potius, quam Romano *Papae* credere et obedire malunt, commu-
nionem in rebus praesertim sacris defugere. Heilsperge
18. Maji 1567.